



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

I. Doctrina de finibus miraculorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

- I. *Doctrina de finibus miraculorum.*
- II. *De discrimine Veteris & Novi Testamenti, quod Paulus Gal. 4. imagine duarū uxorum Abrahamæ illustrat.*
- III. *De Ecclesia, quid sit, & quomodo propagetur, ex cap. 9. ad Romanos.*
- III. *De miranda defensione piorum in periculis.*
- V. *De Iuramentis & Fœderibus, An homini Christiano, concessa sint.*

I.

DE FINIBVS
Miraculorum.

Partus Sara anus effœta ac sterilis, & omnia
miracula, quæ contra usitatum naturæ ordinem
à Deo

à Deo in Ecclesia fiunt, quinque præcipuos finit
bent. Sunt enim testimonia.

1. Patefactionis diuine.
2. Certitudinis doctrine à Deo tradite.
3. Libertatis & omnipotentie diuine.
4. Promissionum diuinarum, quod sint certæ
me & immotæ.
5. Fidei, de qua inquit Epistola ad Ebræ. 11. Et
fidem Sara uim concipiendi & retinendi Semini
cepit, & præter ætatis rationem peperit, quia uer-
cem iudicabat eum, qui promiserat. Nos igitur
exemplo commonefacti nobis quoque promissiones
diuinas fide applicemus, nec dubitemus eorum
certò responsurum esse, etiamsi cum uisitate
causarum secundarum pugnare uideantur.

II.

DE DISCRIMINE Veteris & Noui Testamenti.

Galat. 4. splendidiſſimè illustrat Paulus doctri-
nam de discrimine Veteris & Noui Testamenti.
legoria duarum coniugum & filiorum Abraham
quiens, Abraham habuit duos filios, Vnum ex
la natum secundum carnem, Alterum ex libera-
tione secundum promissionem. Hæc per Allegoriam di-
stamenta significant, Alterum à monte Sinai in
tutem generans & c. Nos autem secundum
promissionis filij sumus. Sed quid dicit Scrip-